

114. D. Hieron. Rom. 1.

Invidia comes homicidii.

115.

Matth. 17.

Luc. 9.

Tacenda fecerunt, ne sciret invidiam.

Euthym.

D. Damasc.

116. Seneca.

1. Reg. 21.

1. Reg. 18. Invidia super omnes inimicos tendit insidias.

contrarietas, ac cædes facta est in Apostolis, eorumque discipulis.

Invidia, ut ait D. Hieronymus Epistola ad Celerantiam, mater, & semen est nocendi. Apostolus scribens ad Romanos 1. num. 19. ait, quod D. us homines iniquos tradidit in reprobum sensum; repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, nequitia, plenos invidia, homicidii. Apostolus referens varia vitia, ea simul constituit, & copulat, quæ inter se habent connexionem & affinitatem; idem cum invidia connectit homicidium, quia facile quisque ab invidia ad carnificinam provolat. Divus Basiliius homilia de invidia: Quamobrem, ait, invidiam fugiamus, homicidii matrem.

Assumpsit Jesus tres discipulos, Petrum, Jacobum, & Joannem, & ascendit cum eis in montem Thabor. Et transfiguratus est ante eos, & resplenduit facies eius sicut Sol, & vestimenta facta sunt alba, sicut nix. Matth. 17. numero 2. & cum descenderet de monte, silentium de universa re imperavit discipulis: Nemini dixeritis visionem hanc. ibidem numero 9. & quidem Apostoli profundè tacuerunt, ut advertit Divus Lucas 9. num. 36. & ipsi tacuerunt. Cur tam profundo silentio vult Dominus gloriam suæ majestatis celari ac occultari, ita ut non patiat, quod uni, vel alteri revelaret, sed absolute præcipit, nemini dixeritis. Videbat Christus, quod Judæi maximè ejus majestatem invidabant; & si eus gloriam majestatis audirent, multo furorè concepto, in eum vellent extendere manus, quantum in ipsis erat, ante constitutum tempus; ut res leniter, ac suaviter disponentur, præcipit, gloriam occultari, ut occasio tolleretur mortem ejus accelerandi: & sic ad debitum tempus perveniret, ne aliter Judæus invidia tabescens, omnia perturbaret, pro morte ejus acceleranda Euthymius. Quia facturum erat, ut neque ipsi persuadere possent, & Judæus magis exasperaretur. Vel, ut addit D. Damascenus serm. de Transfigur. Imperatum à Christo est silentium à tribus Apostolis servandum esse: Ne aut reliquorum pectora mæstitia profundereur, aut proditorum invidia rabies in furorè aperet. Quid enim Judas non efficeret, ut noceret Apostolis, si Prælatos sibi nosset homines, in re felici? Cavet ergo Magister optimus, silentio imperato, ne amici, pateant dolis, ac telis invidiæ, cerò sciens, mortales quamplurimos invidia peritisse.

Quod Seneca præclare dixit Epistola 75. Perge, si placet, ad extremos terrarum angulos; Occurrens, ait, naufragi, similis aucte naufragis passis, quos populari, ita, ut invidia, perniciosum optimis telum inopinantes securusque deiecit, procella more, qua in ipsa serens fiducia solet emergere. Quod bene callens David, Philisthæo potius extraneo, quam Hebræo naturali, ac concivi militare voluit. A Sule ad Achin abijt: Surrexit David, & fugit à facie Saut: & venit ad Achis Regem Geth. 1. Regum 21. num. 10 Sed quomodo cogitat David, tutius agere posse apud Gethæum, cujus præstantissimum ducem Goliath interfecerat, ducentosque viros ex Philisthiim percusserat. 2. Regum. 18. n. 27 à quibus etiam prædas egerat: à Saut ad hos fugit David, & prudenter sanè, ei gens magis, apud extraneos, quibus multa mala, & damna intulerat, degere, quàm apud compatricium, & concivem qui multum ejus gloriam, & magnalia invidabat,

demorari; pro certo reputans, securus esse; cum infenso hoste, quàm cum invidioso vivere. D. Hieronymus Epist. 26. ad Eustoch. David fugit à facie Saut, & venit ad Achis Regem Geth; nullens hostibus quàm invidis subjacere, Invidia super omnes hostes, insidias tendit, ac molitur.

QUÆSTIO XII.

Quare, cum è celo cadit grando, ignis, & sanguis; tertia pars terræ, & tertia pars arborum comburitur, non tertia pars fœni, sed totum fœnum concrema. ut?

Autores relati quæst. 10. in tertia sententia, ut Ribeira, Cornelius, & alii, cum dicant; hoc intelligi ad litteram, seu ut littera sonat, dicunt, quod tempore Antichristi, seu proxime ad illud tempus, cadet de celo, seu proxime ad illud tempus, cadet de celo, grando, ignis, & sanguis, quod tunc comburentur tertia pars terræ, scilicet arborum, & germen illius non simul, ac continue eodem loco, sed mistim, & sparsim aliqua in Hispania, alia in Italia, seu Gallia, juxta malitiam inhabitantium; & quod Omne fœnum viride, seu omne germen herbescens, & virefcens, erit combustum; in quo dicunt, alludit ad sextam plagam Egypti, de qua dicitur. Exod. 9. n. 25. Cunctamque herbam agri percussit grando.

Et non omnia, sed tertiam tantum partem, terræ, ac arborum percussit grando, ignis: quia noluit Dominus hac prima plaga disperdere terram, & homines ejus incolas, sed hac plaga ita voluit eos castigare, ac simul admonere, ut pœniterent, eos revocando ad meliorem frugem, & ut sic aliena calamitate, ac periculo edoceri suam saperent salutem.

Contra hanc sententiam multa pugnant, ut in ejus impugnatione dixi citata quæstione decima: deinde, quia si Deus mittit hac plagas, ut per eas terreat, & affligat impios, etiam per illas maximè terreat, & affliget pios, & justos: nam si grandine, & igne immisso, exuratur fœnum, & alia viridia, in quibus erant, & segetes, & fructus simul comburentur cum arboribus, fietque illo anno maxima annonæ caritas, vehementique fames; hæc autem gravius affligent pios, quàm impios; quia impii eo tempore erunt multum divites, & maximè domicabuntur populis; ac proinde facile sibi comparabant necessaria, quibus maximè erunt egentes pii, & justii; ut pauperes, & humiles maximè affligati.

Proindeque consequenter ad ea, quæ superiorè dicta sunt, sic totam rem explicamus: Tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum, & omne fœnum viride combustum est. Pro quo nota, quod tota gens Judæorum in tres partes dividi potest; una credit Evangelio; alia per totum orbem dispersa est, ob suam cœcitatè adhuc resistens Evangelio; alia livore tabescens, consumpta est in excidio Hierosolymitano à Tito Vespasiano. Primo Angelo canente, seu primo ordine Concionatorum prædi-

117. Ribeira, Cornel.

Exod. 9.

118. Aliena calamitas, & fœni.

119. Impugnatur prædicta sententia.

120. Vera sententia ex versione Judæorum.

Eccles. 10.

Daniel. 4.

Isai. 40.

111.

Pannon. Ansberti. D. Bernard.

Luxuriosè damnationi additi.

112. Thom. Ang.

Ex omnibus peccatoribus, hypocrita maximè damnantur.

123. Calamitas apprehendit parvulos, à qua magnates majores ex parte liberantur.

prædicante, Apostolis nempe, ac viris Apostolicis, tertia pars terræ Judæorum terrenorum, qui terrena diligebant: Quid superbis terra? Ecclesiast. 10. num. 9. taliter terreni dicuntur, & hæc tertia pars perijt. Tertia pars arborum; Arbores denotant magnates, ac legis doctores, ex Daniel. 4. sub quibus colliguntur minores, & hæc tertia pars talium Judæorum similiter combusta est; nam altera credidit, & altera dispersa est, & quia universus populus Israël, universaque gens Judæorum, eversa est; ut non sit jam unus populus congregatus; sed gens per totum orbem dispersa, idem omne fœnum combustum est. Nam ut ait Isai. 40. n. 7. Verè fœnum est populus; iteo hic prædicatur prima calamitas, quæ facta est in mundo, occasione Prædicationis Evangelicæ non recepit, in prima tuba significata, quæ percussit totam gentem Judæorum quæ Evangelio noluit obedire.

His positis, nostra quæst. principaliter inquirat, cur dicatur tertia pars terræ combusta, & similiter tertia pars arborum: At in fœno non dicitur tertia pars fœni, sed omne fœnum combustum? Respondeo primo ex mente Pannonii, Ansberti, & D. Bernard. Senens. qui ait, Tertia pars terræ, id est, cupidus, combusti sunt: tertia pars arborum, id est, elati etiam combusti sunt: & omne fœnum viride, id est, luxuriosè in præsentis igne luxurie, & in futuro igne gehenna. Et sic in aliis vitiiis, ut eorum, qui sunt terrenis dediti, vel superbia tanguntur, aliqua pars pereat, tamen multi ad salutem veniunt; at illi, qui sunt luxuriosè dediti, sic suis voluptatibus, ac cupiditatibus tenentur, ut vix ab illis se expediant; & salutem assequantur, sed valde præcipites ab igne luxuriæ ad ignem inferni currunt.

Secundò Thom. Anglic. per fœnum intelligit hypocritas, & ait: Bene fœno comparantur hypocritæ, quia cunctis arcescunt laus, & favor humanus, quem quarit: sicut fœnum primo viret, & post arces, & viride dicitur, quia aliquid viroris habere videtur, per speciem exteriorem, & quia in flore, & virore laudis delectatur: Pro quo faciunt etiam ea, quæ docent D. Greg. Magn. lib. 16. Moral. cap. 5. D. Ambros. lib. 3. Hex. c. 4. Hypocrita omnium peccatorum abjectissimus, rectè inde comparatur fœno, cujus viror bonorum operum apparet, sicut & laus, quæ ei tribuitur, citò evanescit: & licet ex illis, qui aliis peccatis, ut terrena cupiditate, vel elatione tenentur, multi à damnatione reserventur, ideo solum tertia pars terræ, tertia pars arborum, combusta est; at hypocritæ sic suæ vanitatis ambitione tenentur, ut nolint dissimulationem deponere, & inde majori ex parte ruunt, & pereunt; & ideo omne fœnum viride combustum est.

Tertio moralissimè. Tertia pars terræ combusta est, ac proinde duæ manent servatæ ab incendio; & similiter cum tertia pars arborum pereat, duæ sunt incolumes, & omne fœnum dicitur combustum. Tertia significat homines terrenis divitiis repletos, sicut & arbores magnates & Principes, fœnum verò populares, humiles, & moralissimum documentum! semper calamitas, ac oppressio malorum irruens parum attingit divites, & magnates, multum verò pauperes, & humiles, quod eos sic apprehendit, ut eos in perditionem, ac tuinam tra-

hat, & inde fœnum, hoc significans, omne combustum est.

Cum facta esset fames valida tempore famulissimi parentis Eliæ, ipse ex Dei mandato abiit, & abscondit se in torrente Carith. Et corvi ei deferebant panem, & carnes mane, similiter carnes, & panem vespere. 3. Reg. 17. n. 6. Totus orbis maximè fame premebatur, ita ut multi pauperes, & plebei fame consumerentur, ut testantur Tornielius sub ann. 3124. n. 4. Torniel. Salian. sub eodem anno n. 4. Unde ergo corvi habebant carnes, & panem, ut Eliæ asportarent? Respondet Abulens. ad citatum locum Reg. quæst. 16. è domo nempe Achab, ut creditur, in tanta angustia temporum, quando alii fame peribant, sic domus Achab, abundabat, ut non solum daretur, quod ipse cum tota sua familia manducaret, sed ut etiam alii participarent; cum esset rex, & potens; tamen limen domus ejus non tetigerat, sed solum in pauperes, & humiles grassabatur.

Promulgato Edicto Assueri de nece Judæorum in una die, magnus erat eorum plandus, ac ululatus per omnes civitates, ac loca, tunc Esther regio ornatu, ac eleganti magnificentia, ad Assuerum ingreditur, & que dixit: Quid vis, regina Esther? & quæ est peccatum tuum? estans dimidiam partem regni petieris, dabo tibi. Esth. 5. n. 3. Vide quantum discrepant hæc inter se, populo Judaico imminet gladius ad necem; Esther ex eodem populo nata offertur summa liberalitas, ac magnificentia, ut cum magna potestate, ac lætitia vivat; & quænam hujus rei causa? perpende, quod & dixit Assuerus: Quid vis, Regina Esther? Cum esset Regina, nulla calamitate, ac oppressione tangebatur, sed hæc tota versa erat in extraneos, ac peregrinos Judæos, qui per regnum Assueri dispersi erant: Cassiodor. perbelle dixit: Regalis festus ignorat malum, quo pauperum egestas opprimitur.

Apoc. 8. n. 8. Et secundus Angelus tuba cecinit; & tanquam mons magnus igne ardens missus est in mare; & facta est tertia pars maris sanguis.

Num. 9. Et mortua est tertia pars creaturæ eorum, quæ habebant animas in mari; & tertia pars navium interiit.

VERSIONES.

Syrus. Et ille secundus Angelus clancit; & tanquam mons magnus, quando igne arsit, projectus est in mare.

Arabicus. Deinde Angelus secundus clancit buccina, factusque inde est, quasi mons.

Primasus. Et facta est tertia pars maris in sanguine.

Syrus. n. 9. Et mortua est tertia pars omnium

124.

1. Reg. 17.

Torniel. alian.

Abulens.

Fame perierunt pauperes, quæ exulta à domo Achab.

125.

Esther. 5.

Regalis festus liber à pressura egestatorum.

Cassiod.

omnium creaturarum, quae in mari sunt, quae habent animas; & tertia pars navium corrupta est. Arabicus. Perit tertia pars creaturarum, in mari animatarum: & evanuit tertia pars navium. Aretas. Qui in mari vivebant. Primas. Mortua est tertia pars piscium.

EXPOSITIO VI.

126. Secundus Angelus, id est, secundus ordo, seu classis concionatorum, succedens, ac proximus Apostolis, tuba cecinit, insonuit Prædicatione Evangelica Jesu Christi, & inde quid factum est? Tanguam mons magnus, scilicet Diabolus cum suis membris, ac aedecis, scilicet potestatis sæcularis, principum, ac Imperatorum Romanorum, ac aliorum tyrannorum; igne ardens, flumina scilicet invidiae, furoris, ac indignationis in sanctum populum Christianum Dei. Missus est in mare, id est, in hunc mundum, seu sæcularem, seu ut rectius dicam, in Ecclesiam Dei, quæ frequenter per mare significatur. Et facta est tertia pars maris sanguis, homines in Ecclesia poterant considerari in triplici differentia: Una pars evolavit in cælum, per sanguinem, & martyrium, altera sine sanguine salutem esse assecuta. Tertia, & ultima pars ob tyrannidem, ac persecutionem Imperatorum, à fide defecit, ad idola transiens, & mortua est. Tunc facta est tertia pars maris sanguis, tota sanguine per martyrium tincta est, ut modo expliant.

127. Et mortua est tertia pars eorum, qui habebant animas in mari. Tertia ergo pars populorum, qui habebant animas, seu vivebant in mari; id est, Ecclesia Dei, ob diram, & acerbam adversitatem tyrannorum, à fide deficiens, mortua est, ut supra dixi. Et tertia pars navium interit. Tertia pars navium, id est, Prælatorum, ac Doctorum, qui alios vehunt, à fide deficiens interiit, & hoc annuntiat Prophecia secundæ tubæ.

QUESTIO XIII.

Quisnam sit iste secundus Angelus, ac mons, & mare, in quo missus est mons, alius examinatur.

128. Aureolus. Primo, Aureolus, vult, hanc Angelum esse Macedonium, hæresiarcham, qui docuit, Spiritum sanctum esse creaturam, sed malè hæc opinio contendit, Angelos, qui in confesso ecclési, coram Deo sunt, & quibus Dei natu dantur tubæ, per illos

non benè possunt intelligi hæresiarchæ. Secundò, Alcazar persistens in suo intento, & instituto, sicut priorem plagam de grandine, &c. transtulit ad famem, qua Judæi puniti sunt in obsidione Jerosolyma, ita hanc plagam intelligit de bello illis illato à Tito; & favet illis, quia in bellis magnæ sunt perturbaciones, quas satis videtur significare mons ardens missus in mare.

Tamen multa contra hanc sententiam incommodant: nam Alcazar ait, quod Regio Judæorum significatur, per terram, imperium verò Romanum per mare; proindeque dicendum erat, quod tertia pars terræ facta est sanguis, & non tertia pars maris: nam bellum in Judæorum terra factum est, deinde iste liber est propheticus; bellum autem illud factum per Titum jam multis annis antea elapsis acciderat, & difficiliter totus textus tali instituto accommodatur.

Tertiò, Ribeira, Cornelius à Lapide, Menochius, La Haye rem ad literam intelligunt; dicunt ergo per montem igneum denotari ingentem globum ardentem, & igneum, quem mittet Angelus in mare, eoque efflabit, & comburet tam naves, quam pisces, puta, tertiã partem navium, & piscium.

Contra hanc sententiam pugnant, primò, quod liber Apocalypseos est ænigma; cur ergo hæc pars hujus libri non erit ænigma, sicut & cætera illius, sed accipienda erit, ut sonat? Secundò, si ita accipienda est secundum litteram; non erit hæc plaga peculiaris in malos, sed etiam in bonos, imò hi magis tali piscium interitu affligentur, quàm mali, quia boni ob inopiam magis juvantur piscibus. Tertiò, accepta hæc plaga juxta corticem literæ, non habet ullam probabilem explicationem; nam si ille globus exhalationum ignitarum cadit in mare, quodnam mare est, Adriaticum, Africanum, Mediterraneanum, vel Oceanum? & quid erit hæc exhalatio, tanquam mons ad totum mare Oceanum? Quariò, quis non videt, quod tertia pars, ter repetita, ad magnum mysterium spectat? Tertia pars maris, sanguis, tertia pars creaturarum mortua, tertia pars navium interempta; & si res materialiter est agenda, cur pisces eodem profus numero pereunt, ac naves, & non diverso numero?

Apocalypsis totum ænigma est, & hæc visio ænigmatica; pro quo notandum primò, quod mare sæpe significat præsens sæculum, Daniel. 4. num. 2. Veni coeli pugnabant in mari. Et Psal. 73. n. 13. Contribulasti capita draconum in aquis. Significat etiam Ecclesiam, ut probant D. Chryl. homil. 4. de verbis Isai. D. Gregor. Cap. 1. quod probatur ex parabola sagenæ missæ in mare, quod est Ecclesia, in qua sunt boni permixti malis, Matth. 13. n. 47.

Secundò, mons in Scriptura, valde frequenter demonem significat. Isai. 64. n. 1. A facie tua montes desuerunt, id est, demones, Zach. 4. num. 7. Quis tu mons magne coram Zorababel? Ubi sermo est de victoria Christi contra diabolum. Similiter Jerem. 13. n. 16. Ezechiel. 32. num. 9. Abdias num. 19. Ex quo etiam fit, quod mons, ob suam altitudinem, ac superbiam, quam denotat, significat etiam principes, ac potentes sæculi, Psalm. 45. numero 3. Trans-

129. Alcazar,

130. Impugnatur prædicta sententia.

131. Faber.

Cornelius. Menoch. La Haye.

132. Multis impugnatur prædicta sententia.

133. Apocalypsis ænigma.

Mare significat hoc sæculum, vel Ecclesiam. Daniel. 7. Psal. 73. D. Chryl. Matth. 13.

134. Mons significat demonem.

Isai. 46. Zach. 4. Jerem. 13. Ezech. 32.

135. Piscees significant Christifanos. Matth. 3. Luc. 3.

136. Naves significant Prælatos. Psal. 106. D. August. Incognit. Calliod.

137. Anselmus. Panno. Albertus. D. Thom. Hugo. Gago. Ferrarius.

138. Diabolus persequeremur in Ecclesia excitavit. Albert.

139. Tertullian.

140. D. Cyr. Iet.

141. D. Chrysol.

142. D. Chrysol.

143. D. Chrysol.

135. Tertiò per creaturas, quæ habent animas in mari, id est, per pisces, Christiani denotantur; ut patet ex parabola sagenæ missæ in mare, congregantur ex omni genere piscium. Matth. 13. n. 47. Et ex illis verbis Christi ad Petrum. Luc. 5. n. 4. Duc in altum, & laxate retia in capturam piscium; & etiam ex illis ejusdem Domini ad Petrum, & Andream: Venite post me, faciam vos fieri pisces hominum, Matth. 8. n. 19. Et docent Tertull. contra Quintilian. c. 1. D. Hieron. in c. 12. Job. vers. 7. D. Ambros. 1. 3. de Virg ad Cæsum: nam sicut pisces non possunt vivere, nisi in aquis, sic & Christianus nequit vivere, nisi per aquas Baptismi.

136. Quartò, per naves intelliguntur Prælati, ac magistri, qui tanquam naves, alios portant in salutem, juxta illud Psal. 106. n. 23. Qui descendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis. Ubi D. Aug. Noster Incognitus, Calliodorus & communiter omnes Latini, ut recitatur Lorinos, & per naves intelligunt Prælatos Ecclesie, qui in contradictione, ac disceptione populorum faciunt suas operationes. Et similiter multi explicant illud Job. 9. n. 26. Petri asserunt quasi naves prima portantes.

Hoc posito, dicitur tunc est cum Richardo, Anselmo, Pannonio, Albert. Magn. D. Thom. Hugone, Viegis, Gago, Ferrar & alii quod hic secundus Angelus, est secundus ordo concionatorum, qui Apostolis successit, & tuba cecinit, tempore Imperatorum Romanorum, ac aliorum tyrannorum. Tunc mons Magnus, id est, Diabolus cum suis membris, & non solum dicitur qualiscumque mons, sed mons magnus, quia Diabolus non quomodo umque superbus est, sed etiam omni superbia major. Richard. Mons magnus, id est, Diabolus, mons per tumorem, & magnus per tumorem magnitudinem. Et dicitur in text. ardens, scilicet invidia in genus humanum, quod tam sublimatum, & exaltatum est incarnatione verbi Dei August. Pro eo quod malitia sua, atque invidia torquetur, ardens dicitur.

137. Projectus est in mare, scilicet, in totum mundum; nam licet jam gentium possessores existeret, at recens malorum, persecutionem nempe Ecclesie excitavit; Albert. Magn. querens, cur Diabolus dicitur projectus in mundum, cum ipse gentes teneret, sic ait: ut amplius possideret, quo ad partem reproborum, & ut persecutionem excitaret. Vel per mare intelligitur Ecclesia, & tunc dicitur, Tertia pars maris facta sanguis, quia fidelium multitudo in tres partes potest dividi: Una pars, quæ per sanguinis mysterium translata est in gloriam, altera sine sanguine ad beatitudinem penetravit: Tertia verò, quæ ob tyrannos defecit à fide ad idola; & ideo dicitur, facta est tertia pars maris sanguis; & inde subditur: Et mortua est tertia pars creature eo um, qui habebant animas in mari; pisces scilicet per quos Christiani denotantur, à fide deficientes; & tertia pars navium, scilicet Prælatorum, ut jam dixi in expositione, & latius dicam questione sequenti.

Mare ergo Ecclesiam significat, & meriò sanè ratione baptisimi; nam baptisimus mare est, per quod patet in Ecclesiam ingressus, ut docent Tertull. lib. de Baptismo. Oigenes ho-

mil. super numer. D. Ambros. lib. de his, qui mysteriis initiantur cap. 3. ad quod respiciens Paulus 1. Corinth. 10. num. 1. ait: Patres nostri omnes sub nube fuerunt, omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari. Maxime notandum, quod transitum Israelitarum per mare, vocat baptismum, & quænam convenientia exiit, inter talem transitum, & baptismum? In Baptismo unusquisque immergitur: in illo verò transitu nulla fuit Israelitarum immersio, in d potius sicco pede transierunt. In quo cohæret transitus ille cum nostro baptismo? Per transitum illum liberati sunt Israelitæ à capiviitate, ac morte, & in vitam, ac terram promissionis venerunt, in quo pervenisse virtus baptismi ostendebatur, cujus aquæ si elibus vitam, & requiem halant. Divus Basil. S. leuc. orat. 3. Baptisma vocat Paulus viam per mare, erat enim mortis, qua in aquis oppeteretur, effugium. Ubi mors effigebatur, apertissime invenitur baptismi Christiani similitudo.

Jam aderat tempus, quo parens Elias elevandus erat in cælum, quod præ ellens Elias, noluit ab eo discedere, sed illum comitabatur, ut parentem eum in cælum videret; tunc venerunt pariter juncti Elias, & Elias usque ad Jordanis ripas; & ait Text. Tullius itaque Elias pariter suum, & in locum illud, & per usque aquas, quæ divisa sunt in utramque partem, & transierunt ambo per siccum: cunctique pergerent, & incedentes sermocinarentur, ecce currus ignis, & equi igni diviserunt utrumque, & ascendit Elias per turbinem in cælum, 4. Reg. 2. n. 8. Ad quid ante ascensum Eliæ, fuit requisitum illud miraculum, ut Elias aquas Jordanis divideret, ut præberet ei, ac Eliæ aditum siccum: Consuetudo divina est, non facere miracula, nisi ex necessitate, Bene Elias poterat assumi eodem modo ante transitum ac postea: Cur ergo necessum fuit, miraculose aquas dividere, ut transiret per flumen; assumeret in cælum: designabatur jam inde necessitas baptismi, ut fieret mundo manifestum, ecclestem ascensio nem non pandi, nisi per aquas baptismi transiret bas. D. Cyril. Jerosol. Cathec. 3. Elias, ait, assumptus est, sed non sine aqua: prius enim transiit Jordanem, deinde in cælum raptus est. Non tibi paratur ascensus in cælum, nisi ad illud per aquas baptismi contendas; nec Eliæ patuit, nisi postquam transiit Jordanis aquas.

Veni Jesus à Galilæa in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo; & cum Jesus ascenderet de aqua, aperti sunt ei cæli: Baptizatus autem Jesus, confestim ascendit de aqua, & aperti sunt ei cæli. Matth. 3. num. 16. Cur non aperti sunt ei cæli, antequam atingeret aquas, sed postquam ab illis ascendit? Denotabatur ibi in capite nostro, quod membris ejus cæli referandi non erant, nisi ascendentibus de baptismi aquis D. Chrylog. serm. 157. Christus, ait, Jordanis altum, baptismi nostrum consecraturus, intravit, ut quos nascendo in terra susceperat, hos renascendo relevaret in cælum; quod, diabolus exules fecerat terrenorum, hos ipse in cælestibus sibi faceret esse consortes.

141. D. Chrysol.

142. D. Chrysol.

143. D. Chrysol.